

Io. Iacobo Breitingero [...] s.p.d. I. Pacimontanus, Tigurinus.

Autor(en): **Pacimontanus, J.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum**

Band (Jahr): - **(1750)**

Heft 18

PDF erstellt am: **21.06.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-394670>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Viro pl. Reverendo Celeberrimoque
JO. JACOBO BREITINGERO

Professori Linguae Graecae dignissimo

S. P. D.

J. PACIMONTANUS, Tigurinus.

Communicasti nuper mecum V. R. *Eminentissimi Cardinalis QUIRINI* epistolam ad Cl. *Ictum ISELIIUM* Basileensem datam, in qua *purpuratus Princeps* inter alia acerbum fert iudicium, de epistola communis nostri amici, J. F. perscripta ad Celeb. FORMEY Reg. Scient. Berolin. Societ. Secretarium. Postulas, ut de hoc argumento, quoniam diversa sunt Nostratum iudicia, mentem meam aperiam. Ego vero eo lubentius & confidentius petitioni tuae satisfacere possum, quod, quae in hoc negotio acta sunt, certissime perspecta habeam. De epistola igitur amici nostri ad Cl. FORMEY data, & responsione *Em. Cardinalis*, sic habeto: Scripsit nimirum *Em. Cardinalis QUIRINUS* in *Decade sexta* suarum epistolarum, incognitae Litteratorum Austriacorum Societati dicatarum, unam, in qua probare voluit, Ecclesiae Romanae Doctores, *Bembum, Contarenum, Polium, Sadoletum* longe aptiores fuisse ad studium biblicum, & quae huc pertinent, restaurandum, quam vero *Lutherus*, caeterique Reformatores nostri fuerint. Ad hoc probandum inter alia provocavit ad *Ephemerides Tigurinas litterarias*, quae hebdomodatim die Mercurii eduntur. In hac igitur *Em. Cardi.*

Cardinalis epistola hæc leguntur verba, tanquam a Tigurinis quibusdam spectatæ auctoritatis Viris prolata: *Recensetur* [verba sunt Em. Cardinalis] *ibidem in Diario quodam germanice conscripto & Turici hebdomodatum edito, meo ad Cl. Virum S. FORMEY-UM a Secretis Berolinensis Academiae epistola, in qua demonstrandum sumsi, Romanæ Ecclesiæ Proceres, a me jam diu celebratos, semperque celebrandos, quemadmodum Lutherum doctrina omni, christiana pietate, sapientia singulari, & reliquis ingenii animique dotibus quantum superarunt, ita homini illi nulla ratione secundos fuisse in Linguarum Orientalium peritia: nam hanc quoque sibi ipsos assiduo & incredibili studio comparasse indubiis experimentis ostendi: Eam vero recensionem Scriptor Zwinglianus in hunc modum concludit: „ Ego „ quidem ita sentio, Lutherum sat doctrinæ acu- „ minisque habuisse, ut susceptum a se facinus „ Ecclesiasticæ Unitatis discindendæ ad finem per- „ duceret; at facinus illud nunquam aggressurum „ eundem fuisse, si doctrina & acumine magis va- „ luisset. „ Qui ad me folium illud transmisit, una simul laboribus meis in hunc modum gratulatus est. „ Lisés ou faites vous traduire la fin de la p. 93. „ de cette feuille, ou l'on dit NB. publiquement, „ que si Luther avoit eu autant de sagesse & d'e- „ rudition qu'en ont eu Contarenius, Polus &c. il „ n'auroit pas entrepris de reformer l'Eglise. Mais „ n'en ayant eu que très peu, mais beaucoup „ de hardiesse, il a réüssi. Enfin Monseigneur! „ Votre Eminence peut bien comprendre, que „ c'est assés d'avancer de telles choses dans une ville „ comme est Zurich dans un imprimé public. RO- „ ME N'A PAS ESTE BATIE DANS UN JOUR. „ Postquam hæc a cordatis & eruditis Ecclesiæ Luthe-*

ranæ Viris lecta fuissent, non potuerunt non de Auc-
 toribus hujus judicii adversus B. Lutherum lati con-
 queri. Quidam tamen statim initio occæperunt
 dubitare, utrum Tigurini, qui nihil non eorum
 quæ ad Concordiam inter Protestantes alendam &
 restituendam facere possunt, præstare solent, talia
 scripserint. Advolarunt autem interea temporis
 epistolæ a Cl. Viris SCHELHORNIO, KIESLIN-
 GIO, FORMEYO scriptæ, in quibus vehemen-
 ter conqueruntur, quod tam acerba & minime fe-
 renda nos Tigurini de Luthero feramus judicia.
 Ipsimet etiam Lipsiensium Ephemeridum litteraria-
 rum auctores, prouti ex particula XVII. pag. 170.
Musei Tigurini patet, judicium hoc, & quidem
 merito, censuræ suæ subjecerunt. Cum vero
 epistolæ hæ Virorum doctorum indignationis ple-
 næ perlectæ fuissent, Viri inter nos utriusque
 ordinis dignitate & eruditione eminentes obstupue-
 runt, quod probe scirent, talia a nemine Censo-
 rum publicorum in his Ephemeridibus Tigurinis
 lecta aut probata fuisse. In originem igitur hujus
 rei & auctorem tam iniqui judicii de Luthero lati
 inquirendum esse censuerunt. Cumque Cl. FOR-
 MEY a communi nostro amico J. F. postulasset,
 ut ea pars Ephemeridum, qua tanquam testimonio
 omni exceptione majore nitebatur Em. Cardinalis,
 ad ipsum Berolinum deferretur, obsecundatum illi
 fuerat; Hac vero accepta & perlecta *αὐτοψία*
 eum edocebat, talia, quæ in medium produxerat
 Em. Cardinalis, in hac particula Ephemeridum
 non reperiri. Hæc tantum verba in ea legeban-
 tur: *Wir halten dafür, Luther habe eben recht ge-
 nug Wis und Gelahrtbeit besessen zu dem Werk,
 das er unternommen; hätte er mehr gehabt, wür-
 de*

de er dasselbige vielleicht haben ligen lassen; hätte er minder gehabt, so hätte er es nicht ausführen können.

Quis non videt vero, quam diversa sint hæc verba ab iis, quæ in medium protulit Purpuratus Princeps? Cum igitur res se ita haberet, & *Em. Cardinali* adtribui malignum iudicium de Luthero non posset, qui id se a Zwingliano Turicensi accepisse profiteretur, quærendus erat Auctor illius, neque magna opera & industria opus erat ad hominem detegendum, perspectum enim omnibus eruditus Tigurinis est, τὸν Δείνα frequentissime varias ob causas dare Litteras ad *Em. Cardinalem*: interrogatus igitur ab amico nostro, utrum de negotio hoc scripsisset ad Cardinalem; diffiteri id noluit, addens tamen, longe aliis se usum verbis, quam quæ a *Formeyo* producerentur. Cl. vero *Formey* fraude detecta, integram amici Tigurini epistolam de hoc argumento scriptam, ut & *Bibliothecæ Berolinensis* Auctores, expresso nomine τὸ Δείνα, publicandam censuerunt, invito tamen amico nostro, qui, ut nosti in cæteris homini festivo non male cupit; potuisset enim Cl. *Formey*, etiam absque hoc indicio hominis, ex epistola ad ipsum satis præsidii habere ad testimonium *Em. Cardinalis* retundendum. Cum vero factum infectum fieri nequeat, futurum spero, ut in posterum hic homo pariter, & *Em. Cardinalis* cautius mercari discant. Ex iis, quæ hæcenus dixi, manifestum est, necessitatem nobis Tigurinis fuisse impositam innocentiam nostram publice demonstrandi, & ex ipsis *Ephemeridibus* litterariis Tigurinis, cum testimonio *Em. Cardinalis* collatis probandi, *Purpuratum Principem* a τῷ Δείνα in hoc negotio circumventum fuisse. Quod ipsum in epistola ad Cl. *Iselium* data
candide

Candide fateri, non vero callide dissimulare, debuisset *Emin. Vir*, si ingenui Controversiarum tractatoris officio defungi voluisset. Sed tempus est, ut ad ipsam *Em. Cardinalis* ad *Cl. Iselium* datam epistolam deveniam, eaque, quæ ad hoc negotium pertinent, paulo propius inspiciam. Et principio quidem miror, *Em. Cardinalem* caput causæ non tangere, neque ullo argumento probare sustinuisse, iudicium malignum de Luthero latum, in ipsis Ephemeridibus Tigurinis reperiri, quod tamen tanquam certum & extra dubitationis aleam positum publice in epistola ad *Cl. Formey* data asseruit? profecto in quæstione de re facti demonstrandum hoc fuisset evidentissime, ridiculum enim est, in ejusmodi negotio, ubi cum Adversario res est, ad rem comprobendam, aut nullum, aut fallacem adducere testem. Quid dicam de sensu verborum majusculis Litteris expressorum: *Rome n'a été batie &c.* si sensus aliquis malefani hominis verbis inest, aut hic est: „ Tigurinos quo cæperint pede perrecturos, id est *Lutherum* in posterum acerbe perstricturos, & Italico aceto perfusuros: „ aut significare vult his verbis: „ Tigurinos ad *Papissimum* „ valde inclinare; „ At sive prius, sive posterius intenderit homo ad unguem factus, hallucinatur valde. Cum enim certis & evidentibus argumentis, quæ si maxime vellet, in dubium tamen revocare non potest *Em. Cardinalis*, constet, malignum de Luthero iudicium nonnisi in cerebro *te Deiva* natum, & ad *Em. Virum* transcriptum, frustra exinde periculosum omen adversus Lutheranos fratres petitur: Non minus ineptus est posterior verborum sensus; tam longe enim remoti sunt Tigurini a *Papismo*, ut si non alia daretur magis pura

pura castaque Deum colendi ratio, quam quæ in *Papismo* locum habet, & ex manibus nostris penitus excussi essent Codices sacri, potius in Deistarum, quam Pontificiorum castra transirent, eaque capita Theologiæ Naturalis & Juris Naturæ amplecterentur, quæ sana suppeditat ratio, admissio enim semel *Papismo* rectæ rationis decretis nuntius est mittendus. Recte de hoc argumento pronuntiat *Celeb. SCHERLOK* *Anglus* in libro, cui titulus: *Préservatif contre le Papisme* pag. 11. dicens: *C'est en vérité une chose surprenante, qu'un Protestant puisse être capable d'embrasser le Papisme sur des raisons: car de le moment qu'il est gagné, il faut qu'il fasse une seconde abjuration des moyens par lesquels il a été converti. Il faut qu'il se serve de son jugement pour entrer en la communion de Rome, & des le moment qu'il y est entré, il faut renoncer a son jugement, & en reconnoître la non validité.*

Quod ad B. nostrum *Zwinglium* attinet, æquo animo ferre non potuerunt vel debuerunt Tigurini, quod *Em. Cardinalis* eum cum *Thracio* illo homine apud *Gellium* comparaverit, qui una cum infelici lolio optimæ frugis plantas simul evulsiſſe dicitur, quid enim sibi vult invidiosa hæc comparatio quam hoc: aut *Zwinglium* fatuum plane hominem fuisse, menteque captum, qui quadrata rotundis miscuerit, quique quid in religione grave & momentosum sit, a superstitione & ineptiis, quibus *Papismus* obrutus erat, distinguere non potuerit; aut eum fuisse hominem omnium quos terra tulit unquam nequissimum, qui Religionis omnis fundamenta concusserit, articulosque fidei creditu necessarios vel impugnaverit vel negaverit, idque

idque sub prætextu pietatis, studiique Emendationis Sacrorum; & neutrum unquam ne ipse quidem Pontifex Romanus, nedum *Em. Cardinalis Quirinus* probaverit. Inspiciantur duntaxat *B. Zwinglii* ingenii monumenta posteritati relicta, & quæ de Ejusdem vita, virtutibus & laboribus commentati sunt uterque *HOTTINGERUS* in suis *Hist. Eccl. Helvetiæ*. Tu Vir Celeb. testimonio *Gellii* usus es in libello Auctori de *Religione essentiali* opposito, & quidem aptissime: Hic enim inter alia statuit, omnia miracula & mysteria e religione christiana esse eliminanda. Hoc ipso testimonio adversus Reformatores utitur *Em. Cardinalis*: At quo argumento tandem, quod vel speciem aliquam habeat, probabit Reformatores, veri nominis mysteria & miracula in S. Litteris narrata negasse? Si per miracula intelligat *Purpuratus Princeps* prætenfa illa miracula alicujus *Francisci Assisi*, & similis fufuris hominum, ad alendam superstitionem a malefariatis Monachis & Sacerdotibus efficta; per mysteria vero ex. gr. transubstantiationem, crassissimum dogma, in religionis christianæ opprobrium citius aut tardius excogitatum, confitemur *Zwinglium* & cæteros Reformatores imposturas illas vehementer impugnasse. Plura de *B. Zwinglio* non addo, quia novi, Te Commentarium moliri de Ejus vita, eruditione & ingenii monumentis, in quo sine dubio strenue contra quosvis Adversarios causam ejus tueberis.

Pergo ad *Lutherum*. Notum tibi æque ac mihi est, auctorem iniqui judicii, ab *Em. Cardinale* adversus *Lutherum* prolati, ab amico nostro *J. F.* detectum fuisse. Quid ad hæc *Purpuratus Princeps*?
respon-

respondet? nobis Tigurinis dolendum non esse, quod talia de Luthero in medium proferat, quandoquidem notum sit, Eum olim contra Tigurinos acerbius, quam par erat, scripsisse. Verum id est. At num propterea Tigurini obstricti sunt veris meritis & laboribus B. Viri per calumniam detrahere? num in rationes Tigurinorum referri debet iniquum & acerbum iudicium a τῷ Δεῖνῃ nullius auctoritatis homine adversus Lutherum productum? num repetere illud debet *Em. Vir* publice, suppresso auctoris nomine, licet a quo latum sit, pulchre perspectum habeat? Quæ porro in eadem hac epistola ad Cl. *Iselium* data, *Celeb. Quirinus* de *Lutheri* imperitia Linguae græcæ & hebraicæ, de perditis ejus moribus &c. adjicit non excutiam. Dabitur Fratribus Lutheranis, ubi formidandum illud opus Controversiarum adversus Protestantes, quod molitur *Em. Cardinalis* in lucem protractum fuerit, amplissima occasio, *Lutherum* contra varias criminationes vindicandi; quanquam sola lectio *Sekendorffii* *historiæ Lutheranisimi* *Em. Cardinalis*, si vellet, meliora edocere posset.

At gravem errorem, ajunt quidam, commisit auctor epistolæ ad Cl. *Formey* datæ, quod *Sadoletum* cum *M. A. Flaminio* confudit: gravis sane error est, apud eos, qui quid leve & grave sit distinguere non possunt, qui sapiunt aliter judicant. Quod si enim ad rerum summam spectes, rationumque ab amico nostro allati vim & efficaciam, perinde erit, utrum *Flaminium* an *Sadoletum* compareat. Pone enim in locum *Sadoleti* substitui *Flaminium*, non minus infirma erit argumentatio *Em. Cardinalis*, quæ hæc erit: *Flaminium* lingua latina
para

paraphrasin Psalmorum edidit, pio affectu commotus; *Polus* inter varia negotia, N. Testamentum sedulo evolvit: Ergo hi homines longe aptiores erant ad studium Biblicum restaurandum, majoribusque præsiidiis instructi, ad S. Litteras rite interpretandas, quam *Zwinglius*, *Pellicanus*, *Bibliander*, *L. Juda*, [ut de cæteris Reformatoribus *Oecolampadio*, *Luthero*, *Calvino* nil dicam] quis non rerum peritus videt consequentiæ vanitatem? Protrahenda tandem erunt in lucem *Em. Cardinali* opera illa egregia Italarum, tempore Emendationis Sacrorum scripta, ut cum Tigurinorum, qui eodem tempore vixerunt, laboribus conferri possint, comparationem non reformidamus. *Em. Cardinalis*, ne quid omisisse videar, quod ad accusationem communis nostri amici pertinet pag. 7. epistolæ suæ ad Cl. *Iselium* datæ, appellat epistolium ejus *levitatis & futilitatis plenum*. Sed aliud est dicere, aliud probare. Interrogavi amicum nostrum [quoniam hac accusatione in medium prolata, statim ad confusionem *Flaminii* cum *Sadoletto* progreditur *Em. Cardinalis*] qua ratione factum sit, ut ad Cl. *Formey* scribens hæc nomina confunderet. Respondit ille sine mora, sibi per semihorulam concessam fuisse lectionem Epistolæ *Em. Viri* ad *Formeyum* datam, præterlapso vero non exiguo temporis spatio litteras se dedisse ad Cl. *Formeyum*, neque ad manus fuisse epistolam Cardinalis; cum vero satis nosset inter Restauratores studii Biblici a *Purpurato Principe* præter *Contarenum* & *Polum* etiam relatum fuisse *Sadoletum*, vitio memoriæ pro M. A. *Flaminio* posuisse *Sadoletum*, quod autem haud ignoraverit ille M. A. Fl. paraphrasin in Psalmos confecisse, non solum statim mihi in Museo suo monstravit vitam.

tam *Flaminii* a *Celeb. Schelhornio* scriptam, sed & ipsam
Pfalmorum paraphrasin *Lugduni A. 1576.* per *Gui-*
lielmum Rovillum editam. Nosti insuper *Ami-*
cum nostrum in historia litteraria non adeo esse
 hospitem, ut *Sadoletum* a *Flaminio* distinguere haud
 potuerit. Nescio igitur in quo tandem *levitatis* il-
 lius & *futilitatis* ut *Em. Cardinalis* loquitur, pecca-
 tum consistat. Ego nullum indicium in *Amici* *Epi-*
stola reperio. Forte indignatione commotus *Pur-*
puratus Princeps doluit, quod hominem iniqui
 contra *Lutherum* lati iudicii detexerit & argumen-
 tum ipsius contra *Cl. Formeyum* prolatum hac ra-
 tione infirmum plane reddiderit. Eo vero nomi-
 ne potius grates ipsi persolvere debuisset *Em. dig-*
nitatis Vir, quandoquidem ostendit, ipsum præter
 voluntatem deceptum fuisse, atque adeo non ip-
 sum, sed inficetum hominem tam maligni adversus
Lutherum iudicii verum auctorem esse. Reperio
 vero testimonium *tali titulo quam maxime dignum* in
epistola Em. Cardinalis ad Sanctissimum Dominum Be-
nedictum XIV. Pontificem hodie *Romanum* data. In
 ea postquam *Pontifici* inter alia exposuisset, quan-
 tum ipse laboris & industriæ hætenus ad lucrandos
Protestantes adhibuisset, & quam opportunum sit
 tempus multos eorum in *Ovile S. Matris Ecclesiæ*
 reducendi, adducit hominis *A catholici* epistolam
 ad se datam, in qua hic bonus, vel fatuus, homo
 ita loquitur: *Il est sûr que les Papes & les Conciles*
s'ils decretent quelque chose de concert, ou que l'un ou
l'autre applaudisse, & donne le sceau a ce qu'a fait
l'autre, ne sont pas sujets a erreur, étants des Person-
nes, dont toute l'étude est de savoir & de faire la vo-
lonté de Dieu, & qui par consequent, doivent avoir
raison en tout ce qu'ils ordonnent pour le culte de

Dien, & de ses Saints en bonne conscience & selon leurs lumieres. Rogo omnes, quotquot sapiunt, utrum hoc testimonium non sit *ridiculum* plane & *futile*? aut turpis Adulator est hic homo, aut suæ religionis principia ignorat, aut denique *Catholicus* simul est & *Aatholicus*. Quis enim Protestantium Doctorum unquam ita de Pontifice aut de Conciliis locutus est? hujus fursuris Profelytos sine magno labore colligere poterit *Purpuratus Princeps*, modo illis laute vivendi suppeditet occasionem. Antequam finem impono epistolæ huic, unum addo, quod tamen ad Amici nostri causam tuendam nihil facit. Nimirum attulit in hac ad Cl. *Iselium* data epistola *Em. Vir* & quidem non sine ingenti mentis tripudio verba quædam ex *Commentariis Brandenburgicis* petita, quæ ad vellicandos Reformatores plurimum facere posse credit: Equidem hoc ipso Testimonio ad causam suam detorto intempestive jam abusus est Jesuita Heidelbergensis *F. Seedorf* in suis Epistolis gallico sermone adversus Protestantes scriptis: sed solide simul a Celeberrimo *PFAFFIO*, Cancellario Academiæ Tübingensis, qui in controversiis, quæ nobis cum Ecclesia R. intercedunt versatissimus est, quique *Commentarios* illos *Membro* alicui *Societatis Borussicæ* adscribit, responsum est, adeo ut firmiter credam, Jesuitam Heidelbergensem in posterum cum doctissimo hoc Theologo in arenam non descensurum. Cæterum quoniam tantam tamque incredibilem voluptatem capit *Em. Cardinalis* ex Judicio hujus Academici Berolinensis de Causa Reformationis ecclesiasticæ, quam ipse, contra Auctoris mentem, pro unica ac præcipua venditare non dubitavit, age producamus in medium quædam Ejusdem s. Auctoris

ris

ris, quem tanti facit, ut omnibus ejus dictis tanquam regiis edictis asurgat, Testimonia, quibus de Papismi in Ducatu Brandenburgico statu ante tempora Emendationis Sacrorum, vere regia *παρρησία* verba facit, atque hujus Emendationis tum necessitatem, tum utilitatem prolixè commendat. Extant illa in *Historia Academiæ Regiæ Scientiarum & humaniorum Litterarum Berolinensis Anni 1748. Pag. 425.* Titulo hujus tomi, qui inscribitur *DE LA SUPERSTITION ET DE LA RELIGION*, sapientissimus Auctor agit de statu Ducatus Brandenburgici in *Gentilismo, Papismo, & Protestantismo. Pag. 430.* ubi de Papsimo in Ducatu Brandenburgico Seculi X. agit hæc verba extant: *La Religion Catholique triomphante y parut alors sans contrainte, & entraîna après elle les plus grands scandales: Les Evêques étoient ignorans, cruels, ambitieux, & de plus Guerviers: ils portèrent les armes en personne contre les Margraves, & contre d'autres voisins, pillant, ravageant les Contrées, violant, faisant les Incendiaires & s'arrogeant [malgré une vie aussi souillée des crimes] un pouvoir absolu sur les consciences.*

Pag. 431. sequentia extant: *Lokebius raconte gravement, que le Prince Othon ayant été excommunié par LUITPOLDT Archevêque de Brandebourg pour des raisons frivoles, se moqua des Censures de l'Eglise, mais qu'il fut bien attrapé à son tour, lors qu'il vit, que des chiens affamés ne vouloient point manger des viandes de sa table, & il rentra en lui-même: ces Chiens étoient sans doute Orthodoxes, malheureusement l'espece en est perdue. Et mox hæc subjungit:*

Les Vierges miraculeuses, les images secourables, & les Reliques des Saints avoient alors une vertu, toute singulière. Le Sang de Belitz, entr'autres étoit fort renommé. Voici ce que c'étoit. Une Cabaretière de cette ville, vola une hostie consacrée & l'enterra sous un Tonneau dans sa cave, pour avoir meilleur débit de sa Bière; elle en eût des remords, [car les Cabaretières ont la conscience delicate] elle denonca son crime au Curé, qui vint en procession avec tout son attirail Pontifical, pour deterrer l'hostie. En enfonçant la pèle en terre, on vit bouillonner du sang, & tout le monde cria, au miracle! L'imposture étoit trop grossiere, & l'on sent que c'étoit du sang de bœuf, que la Cabarratière y avoit versé. Ces miracles ne laissoient pas que de faire impression sur l'esprit des Peuples, mais ce n'en étoit pas assez. La Cour de Rome, toujours attentive à étendre sa Domination sous l'ombre des Autels, ne negligeoit aucun des Moyens qui pouvoient l'y conduire: Dans le XIII. Siècle se formerent la plus part des Ordres Religieux. Le Pape en établit en Allemagne & dans le Brandebourg le plus qu'il pût sous prétexte d'affermir par là les esprits dans le Christianisme. Les Misanthropes, les fainéans, les paresseux, & toutes sortes des gens qui s'étoient deshonnrés dans le monde, se refugièrent dans ces aziles sacrés. Ils appauvrirent l'Etat de Sujets, en ses sequestrant de la Societé, & en renonçant à la Benediction que Dieu a donné à nos premiers Parens. Ils furent à la charge des Cytoiens, ne se nourrissant que d'aumônes, ou faisant des acquisitions illicites; & quoique ces Etablissements fussent également contraires aux Loix de la Societé & de la bonne Politique, le Pape les introduisit dans toute l'Europe, & parvint sans opposition à lever une puissante armée de Prêtres, aux depens de tous les Princes & d'entretenir de grosses Garnisons dans des

Païs

*Païs sur lesquels il n'avoit aucune Souveraineté
Mais dans ces temps les peuples étoient abrutis, les
Princes foibles, & la religion triomphante. Et
iterum:*

Pag. 432. *Le Pape Jean XXII. établit des Bu-
reaux d'indulgences dans le Brandebourg. Les Au-
gustins trafiquoient de ces Indulgences, & en en-
voyoient le Produit à Rome. Les miracles devin-
rent à la fin si frequens, que les Auteurs rappor-
tent qu'il tomba l'année 1500. une pluye de Croix rou-
ges & blanches sur tous les passans. On trouva mê-
me de ces Croix dans le pain, ce qui fut regardé com-
me le présage d'un grand malheur. Dans ce tems où
les Prêtres abusoient si grossièrement de la crédulité
des hommes, où ils se servoient de la Religion pour
s'enrichir, où les Ecclesiastiques menoient la vie la
plus scandaleuse, un simple MOINE entreprit de RÉ-
FORMER TANT D'ABUS. Il rendit aux hommes
par son Exemple l'usage de la Raison, qui leur
avoit été interdit pendant tant de Siècles, & l'e-
sprit humain enhardi par le recouvrement de sa li-
berté, étendit de tous côtés la sphère de ses connois-
sances. En quantum Beneficium existimet esse Sa-
crorum emendationem tandem a Luthero cæteris-
que, non sine divino Spiritu, perfectam!*

*Articulus tertius hujus Disertationis agit: De la
Religion sous la Réforme. Excerptamus inde pau-
ca quædam pag. 433. inquit Auctor: La Religion
Catholique, qui s'étoit élevée sur la ruine de cette
des Juifs & des Payens, subsistoit depuis XV. Siec.*

les: humble & douce sous les persecutions, mais fiere après son Etablissement, elle persécuta à son tour? Tous les Chrétiens étoient soumis au Pape, qu'il croyoient infallible: ce qui rendoit son pouvoir plus étendu que celui du Souverain le plus despotique. Un miserable Moine s'éleva contre une puissance si solidement établie & la moitié de l'Europe secoua le joug de Rome. scil. Suo consilio, suis viribus: Quis crediderit? Et paucis interjectis: Les Prêtres des Autels, dont la sainteté & la pauvreté devoit être le partage, menèrent une vie scandaleuse; ils acquirent des richesses, ils devinrent ambitieux, quelquesuns furent des Princes puissans. Le Pape qui originaiement relevoit des Empereurs, s'arrogea le pouvoir de les faire & de les déposer, il fulmina des Excommunications, il mit des Royaumes en interdicit, & il outra si prodigieusement les choses, que, de quelque manière que ce fut, il FALLOIT à la fin, que le monde se revoltât contre tant d'abus. Pag. 434. ita loquitur Auctor horum Commentariorum: Cet esclavage qui s'appétisoit chaque jour, excitoit déjà des murmures. L'home le plus stupide, comme le plus spirituel, des qu'il a de sensibilité s'apperçoit du mal qu'il souffre: tous tendent à leur bien-être, ils endurent un tems, mais à la fin la patience leur échape & les vexations, que tant des peuples souffroient, auroient inmanquablement donné lieu à quelque Réforme si le Clergé Romain fortement agité par des dissensions intestines, n'eut enfin donné lui-même le signal de la liberté, en arborant l'étendart de la révolte contre le Pape. Les Vaudois, les Wicléfites, & les Hussites

tes avoient déjà commencé à remuër, mais LUTHER & CALVIN aussi audacieux, & nés dans des conjonctures plus favorables, consommèrent enfin ce GRAND OUVRAGE.

Pag. 35. La Religion prit alors une forme nouvelle, & se rapprocha beaucoup de son ancienne simplicité. - - - La Reforme fut utile au monde, & surtout aux progrès de l'esprit humain. Les Protestans, obligés de réfléchir sur des matieres de la foi, se depouillerent tout d'un coup des préjugés de l'education, & se virent en liberté de se servir de leur raison, de ce guide qui est donné aux hommes pour les conduire, & dont au moins ils devoient faire usage pour l'objet le plus important de leur vie. Les Catholiques vivement attaqués furent obligés de se défendre. Les Ecclesiastiques étudierent, & ils sortirent de l'ignorance crasse & honteuse, dans laquelle ils croupissoient presque generalement. Plura testimonia ex his Commentariis adducere nolo. Ex iis, quæ hæctenus adducta sunt, patet; 1.] Auctorem Commentarii publice fateri, Ecclesiam Romanam tempore Reformationis turpissima superstitione & crassissimis erroribus fuisse infectam, Pontificesque æque ac cæterum Clerum intollerabili superbia abreptos, jus in conscientias hominum sibi met ipsos temere arrogasse. 2.] Omnes, qui turpissima rerum divinarum & humanarum ignorantia non occæcati & sensu communi non destituti fuerint, exoptasse, ut religio majore in luce collocaretur, cultusque publicus primævæ simplicitati restitueretur, & Christianis vera libertas consci-

tiæ concederetur. 3.] LUTHERUM in Germania primum fuisse, qui generoso impetu incitatus & eruditione, pro temporum illorum ratione satis instructus, salutarem lucem Religioni prætulit, crassissimos errores impugnaverit, superstitioni grassanti bellum indixerit, atque effecerit tandem, ut religioni pristinum suum decus accesserit, Eruditio mascula caput extulerit, & pleræque Germaniæ Nationes [ut de aliis nil dicam] ab intollibili Pontificum & superstitosorum Monachorum jugo fuerint liberatæ. Sed opinor hæc sufficere posse ad causam Amici nostri adversus frivolas lucifugarum quorundam criminationes tuendam: quare verbum non amplius addo, nisi hoc unum, ut valeas Vir Clarissime! meque amare pergas.



De-

* * *

CORRIGENDA

in Epistola Pacimontani, quæ extat
Part. XVIII. Musei.

Pap. 262. lin. 8. *sunt* lege *sint*.

Pag. 268. lin. 2. *Et* lege *At*.

Pag. 277. circa finem, *sibimetipfos* lege *sibimetipsis*.

* * *